



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Nunquid ratione mutui aliqua possit ex peti commoditas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

Quod sic stricte quidam intelligunt, quasi non sint admittendi ad sacra audienda. Veruntamen quia panæ non sunt restringenda, & illic non fertur in eos excommunicacionis sententia, non est audiendum nisi secundum verborum sonitum, quod scilicet non sunt admittendi ad suscipiendam sacrosanctam Eucharistiam, eo quod sint publici peccatores. Item quod non donentur ecclesiastica sepultura. Deinde, quod sacerdotum nullus eorum oblationes accipiat, quia censentur rapinae. Et qui acciperit, est ab officijs suspensus. Reliquas vero cui libuerit, quæret loco curato. Ex his demum patet, quod si quis fuerit superuacaneus labor, iam sit, quæm Bal. in sumptibus super leueros populos. C. de sum. trin. quamq; ab re lège ad quæstionem illam de Catholico Iustiniano Casare respondeunt, vide licet quomodo duo hæc cohererent quod eadem lege præcepit cunctos populos sibi subiectos in religione versari, quæ D. Petrus Apostolus Romanos tradiderat, & tri vltimas permisit, quas fides catholica docet esse illicitas, quasque Ecclesia vetat. Ad quod respondet. Bal. quod præcepit teneri fidem trinitatis, sed non respectu aliorum articulozum, qui requiruntur ad salutem animæ. Professio solutio non erat digna Bald. Nam Imperator præcepit omnes versari in religione Ecclesiæ Romanæ, quæ non solum fidem trinitatis, verum totam includit, & simul etiam mores. Responsio ergo est, quæ iam declarauimus, nempe quod imperatoria vsurarum permissio nullatenus repugnat fidei, quia non astituit esse licitum in foro Dei. Hæc non esset manifesta hæresis. Quod autem vsurarij ciuilibus penæ non subiacent, non est contra fidem, sicuti neque id quod meretrices nullo afficiantur supplicio.

ARTICVLVS II.

Virum ratione mutui aliqua possit expecti commoditas.

Quoniam constitutum est nihil ratione mutui posse in pactum duci, explicandum restat, virum neque commoditas ex pari vlla possit. Et arguitur a parte affirmatiua. Eadem esse videtur comparatio dati ad datum, & mutuati ad mu-

tuatum, sed pro data pecunia licet ex pacto recipere eandem vel eius valorem, ergo pro beneficio mutuandi licet par expectare officium, vt. si mutuatarius vinciat ut mutuantem remutuet. Secundo arguitur: Si gener pignus mutui accipiat, quod sit fructiferum, vt hortum vel fundum, potest fructibus eius vt donec sibi de dote satis fiat, vt pater ca. salubriter de vsuris. ergo licet aliquid recipere ratione mutui. In contrarium est quod in zech. 13. inter ea, quæ ad vitiu stitiam requiruntur, ascribitur, si vsuram & superabundantiã non acceperit. Vbi nominè superabundantiæ res omnis comprehenditur, quæ pecunia estimari potest. Accedit verbum Ambrosij e plerique. 14 q. 3. quod cuncte accedit forti, viura est. Et Hieron. putant. Omnia munuscula cuiuscumque generis accipere viura est.

Ad quæstionem præsentem tribus conclusionibus de mente S. Tho. respondetur. Prima Nihil ex pacto mutui vel recipere vel expectare licet, cuius pretium pecunia estimatur. Conclusio clara est quoniam secundum Philoso. 4. Eth. Omne illud cuius valorem pecunia metimur, pro pecunia habendum est. Cum igitur non liceat pretio mutuari sit, vt neque ratione mutui quippiam recipere, quod sit pecunia estimabile. Secunda conclusio. Accipere aliquid non conventionis nexu vel tacite vel expressa, sed quod gratuito mutuantem penditur, nullam impingit vsuræ labem. Probat. Quia beneficium mutuandi nõ solum non auerfatur amicitia verum etiam conciliat, & firma: ergo neque obstat quominus mutuator possit munus quodcumque suscipere, quo solent amici amicum beneficia repensare. Tertia conclusio. Nulla lex obstat quod minus fas sit mutuantem illa ratione mutui conquirere, & exigere, quæ pretio pecuniæ non penditur vt pura mutuantij amicitiam, ac beneuolentiam. Ex his conclusionibus summarim colligitur iudicium quæstionis præsentis. Tertia enim requisita sunt, quæ mutuationem vsuraria macula inficiant. Primum, at id quod expectatur estimabile sit pecunia. Secundum vt ratione mutui expectetur, & non quia alias debitum, vel alia via. Tertium quod ducatur in pactum, uel expressum uel tacitum. Quod intelligendum est, ut mutuationis actus sit re exterior usura. Nam etiã

Arg. 2.

Ambr.

Hieron.

Prima conclusio.

Aristot.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Tria snt quæ mutuatione vsuraria reddūt.

si in mutuatione non interueniat pactum, si postea receptio sit ratione mutui, est receptio vsuraria. Quare vsura mentalis, vt diximus, est mente intendere ratione mutui accipere. Per hac enim prudentissimus, quisque de omnibus iudicabit. Contra tertiam vero conclusionem, qua dictum est, licere pro mutuo exigere id, quod pecunia non aestimatur, obuium sit illico sophisticum argumentum, quod liceret mutui obligatione exigere ab episcopo sacerdotium, si quidem spiritualia non sunt pretio aestimanda. Responso autem est, quod conclusio loquitur de his, quae in humana ciuitate ad gratiam & vrbauitatem pertinent, videlicet, quae sub obligationem non veniunt sed solent dari gratis, spiritualia vero alia ratione non aestimantur pecunia, nempe quod non sunt eorum propria, qui conferunt, sed sunt illis a Deo gratis commissa, vt tanquam res huius generis criminem est, pretio, tam dare qua recipere. At quia ait sanctus Thomas beneuolentiam & amicitiam non esse aestimabilem pecunia arguitur contra. Secundum aestimationem humanam vt probus pluris faceret bonorum amicitiam, quam aliquem pecuniae numerum. Quin vero & pretio illam emeret ergo est aestimabilis pecunia. Respondetur quod non ideo censetur non aestimari pecunia, quod non sit pretiosior, quam illa, sed quod natura sua neque emitur, neque venditur, consistit enim in voluntate qua non cogitur. Potes tu quidem collata pecunia emolliere hostis animum, vt te diligit, emere vero, ceu panem, minime. Ob idque non modo intuitu amicitiae contrahendae mutuari licet, verum & amicitiae signa in pactum ducere, nam verum amorem, est impossibile, vt puta quod mutuatarius non tibi noceat, affabilem se tibi praebat, atque vrbauum, &c. Quid autem, si ad amicitiam illius adreperere per mutuum proctres, qui tibi potest aut sacerdotium conferre aut magistratum, puta si rex, ille sit, aut episcopus? Alijunt quidam, quod quando propositum non sit in amicitia, sed vltimus ad lucrum progreditur, vsura est mentalis. Sed tamen de hoc iam regulam supra tetigimus, quam nunc confirmandam repetimus, videlicet, quod vsura mentalis per obiectum pendenda est, non per hoc,

quod sit principalis intentio vel accessoria nempe sit per metuum intendis mutuatarium allicere, vt ratione mutui tibi quidpiam conferat, vsuram mentem committit quamuis illa forte non esset principalis intentio. Si autem non intendis, nisi amicitiam cum deuincere, & postea, non ratione mutui sed ratione beneuolentiae id tibi conferat, cuius tu dignus es, nulla est mentalis vsura, etiam si illa sit tua principalis intentio, puta facere amicum, vt postea bene erga te affectus gratuito, & liberaliter tibi aliquid donet. Ita que rotum negotium hinc pedit, quod speras habere vel ratione mutui, vel ratione amicitiae. Si autem illum officij quod speras indignus es, alia est noua iniquitatis ratio, Sententia est s. Thome q. 13. de malo quam probet Caiet. quolib. 1. quaest. 3. sequutus est. Patet exemplis conclusio, Dum a quissimum nostri episcopum quem nullo alio respectu, quam iustitiae, scis sacerdotis conferre licet tibi ei seruire ad venandum eius beneuolentiam, vt postea gratis, & non propter impensa obiecta conferat tibi beneficium, cuius es dignus, quia certus es neque illum propter obsequia daturum, neque te recepturum. Item si tu magistratu dignus es, sed tamen regi inuisus, potes illum muneribus placere, vt te ad eius amicitiam insinues, & dignorum albo te ascribas, cur ergo non poteris etiam mutuo aucto beneuolentia eius piscari? etiam si alioqui non mutuarer, nisi vt eius amicitia tibi esset fructus. In summa, cum exterioris mentalisque vsurae idem sit obiectum, exterior est difficilior interioris regula. Accipere ratione mutui, vsura est in te, ergo id animo proponere, vsura est in mente. Accipere vero ratione amicitiae, non est realis vsura, ergo neque illud optare, est mentalis. Sed equidem responderi posse, quod licet illud simpliciter optare, non sit peccatum, tamen illam amicitiam per mutuum procurare, culpa non vacat. Attamen cum obiectum intentionis sit licitum, necesse quid culpa hic lateat. Hoc tamen licet, quod cum sit valde subtile discernere quando intentio subest recipiendi ratione amicitiae, aut ratione mutui, semper extrinsecus intentio suspecta. Sed vbi vis prudens id discernit, nulla subest culpa. Sed nunc quid non potero pro mutuo beneficii amici.

Argu.

Solutio.

Scrptus.

Solutio.

Vsuram.

mentalis.

amicitia cum illo me coniungere, cui de-
bitor sum, ut mihi remittat? Ut si me quis-
piam de re aliqua in liem vocat, num-
mutuata pecunia, possum cum illo fedus
inire, firmato pacto ut illi cedat? Res-
pondetur, quod si rem illam vere de-
beo, non possum in pactum ducere, sin-
vero per calamitiam diuexor, possum
quidem conventionem mutui meam redi-
mere vexationem. Existit autem contra-
prioriorem partem argumentum. Si quem
ego iniuria affeci seu honorem eius lade-
do seu famam etiam si pecuniariam re-
stitutionem ex me iure posset exigere,
possum nihil secus ego mutuandi vincu-
lo eum obligare. Responsio. Quod
ego quidem procurem, ut ratione ami-
citiae per mutuum genitrix mihi condonet
iam adseritum est, licere. Quod vero
pactis licet, aliquantulo maior est he-
rendi ratio, tamen recte mihi videor id
quoque concedere saltem antequam sin-
in pecuniam condemnatus. Nam eius
honor & fama pecunia possit aestimari, ta-
men ex natura sua iure amicitiae condonari
soler. Quare illud pactum non est
nisi amicitiae fedus. Suffragatur nobis
Syluester ver. vltura. pri. §. 11. Queris
autem forte, nec immerito, vtrum il-
la amicitia possit in pactum duci, quae
turpis est vltus? Vtrum scilicet petulans
iuuenis conuenire ex mutuo possit cum
muliere de turpi obsequio? Et ratio dubi-
tandi est, quia illa nihil aliud apparet, quam
amicitia. Respondetur, quod amicitiam
permutuum procure, ut postmodum
illa amore victa consentiant, non est vsure
vitium obligare tamen illam, minime ab
eodem vitio excusatur, quia illa obligatio
aestimabilis est pecunia. Ecce de his, quae
pecuniam non sunt aestimabilia. Contra-
ria ergo ratione nihil pretio pecuniae di-
gnum potest in pactum mutui constitui,
ut non licet tibi ea conventionem regni mu-
tuare, tributorum te pensione exoneret,
sive per privilegium subsignatum, ut fias
nobilitas, sive in tempus, nisi forsitan in propa-
tulo esset quod per iniquitatem & tyrannidem
exigerentur. Nam tunc quia illa
non debeo, nihil ratione mutui recipio,
sed vindico me ab iniuria, defendendo
quod meum est. Eadem ratione nec pos-
sum ratione mutui principem obligato, ut

opus 21. ait S. Thom. qui mihi conferat
magistratum aut rem aliam. Neque pos-
sum mutuare centum eo pacto, ut mutua-
tarius illa vel eorum partem suis expensis
extorqueat ab illis meis debitoribus, a qui-
bus difficile extorquebuntur. Neque si ha-
beo frumentum decem miliaribus ab hinc
longe, possum mutuare, ut tu inde adue-
has vel illic consumas, sed mihi id hic per-
soluas, quia te vectura aggrauo. Neque ve-
ro ut aliquod obsequium recipias vel a
manu vel a lingua, ut alius scilicet tibi ad-
sit aduocatus in causa, vel sit tibi amanue-
sis. Immo vero neque in pactum ducere,
ut mutuarius elemosinas faciat, vel a-
lia opera misericordiae. Haec inquam non
licet in pactum ducere: neque expectare ra-
tione lucris. Secus, si aliter gratuito referat.
Neque ut mutuarius coram te canat, ut
saliat aut negotia tua gerat, aut pro te oret
principem, nisi res essent tam exiguae, pro
quibus non consuevit pretium rependi.
Atque eandem ob causam neque merca-
tor contra notamen vsurae mutuare sub eo
vinculo potest, ut vel totum mutuum vel
partem in mercibus mutuarius suscipiat
etiam si iusto pretio vendat, dummodo il-
le reuera mercium non egeat sed cogitur
emere ratione mutui quoniam obligatio
illa emendi aestimabilis est pecunia. Immo
inde lucrum mercatori obuenit, nam licet
merces tantum valeant, maiorem tamen
copiam vendit quam vendidisset. Ex quo
iniquissima mercatorum fraudulencia pro-
ditur, qui indigenti regi stipendio militum,
ea ratione ei mutuanti, ut milites id merci-
bus tantum suscipiant, & tantum in pecu-
nia. Est enim triplex aut quadruplex figu-
ra prauitatis. Prima, quod licet ipsi putent
merces tantum valere, haud tamen ita res ha-
bet, quia emptorum raritas extenuat pre-
tium, & si illi non distraherent inter mili-
tes, non cito nanciscerentur emptores, qui
bus illo pretio diuenderent. Secunda iniqui-
tas est, quod quia credito vendunt, carius
vendunt. Et cum a rege expectationis in-
tuitu lucrum cessant nihilominus contra-
dunt, sit ut tempus bis vendant. Et tertio
cum miseri milites non indigeant eiusmodi
mercibus, vilissimo eas statim pretio co-
guntur, reuendere, atque ut summam di-
camus pro decem millibus, quae rex soluit,
vix milites sex millibus potiuntur. Sed per-
tuo.

Merca-
torum in-
signis.
fraudu-
lencia.



contaris, vtrum possis mutuarium ratione mutui ligare vt tuum colat agrum iusto pretio, vel tuum molendinum, aut furnu, aut tabernam frequenter? Sūt quippe qui astruunt id licet, vt Summa Angelica, & Adrian. q. de vsura, & quos Sylu. memorat in verbo, Vsurā p. i. §. 7. Quorum ratio est, quod cōm huiusmodi mutuator nullum det damnum, nullum exorquet pretium. Attamen ab aduersa parte stat ratio, quod illa cuius obligatio est, estimabilis pecunia. Haud enim dubium est, quin pmutatio libertatis suapte natura digna sit pretio. Alij vero arbitrantur nullam committi vsuram, si mutuum dederis illo te mino solvendū, quando mutuatarius cessauerit ad tuum molendinum venire, vel tibi alia via iusto pretio seruire. Sed re vera eodem relabitur. Et ideo vsurā palliatio est, nisi forte contractus sit emptionis, & venditionis nihil enim verat quo minus possit constituto pretio obligare hominem vt ad tuū veniat molendinum per tot annos, ac per totam vitam, etiam adiuncta pecna, vt quādo defecerit, certam ibi multam soluat. Hinc plane colligitur pradiorū dominos vsurā fordibus infici, dum eo pacto colonis pecuniam aut frumentum mutuant, vt auctiori pretio fundos suos & pradia conducant. Neq. vero excusantur, dicentes pradiorū vsuram tantū valere, sed quia non possunt colonos alia conditōne inuenire mutuant, nam si non inueniunt, signum est quod non tantū valet conductio. Ergo quādo inuenires alium tanto pretio conductem, tutum tibi esset tunc pauperi mutuarē, vt eodem pretio conductorer, aliter minime. Sunt praxerea qui vsuram in hac cōtentione nullam agnoscunt. Obligatio te mihi meas in aestate demerere fruges pretio tunc temporis currente, vt ego tibi tūc solvam partem pretij. Nam hic nulla apparet mutui ratio, sed solutionis. At vero nō auderem hoc admittere. Nam illa anticipata solutio mutuatō, quaedam est pecunie per operas alerius soluedae. Quare obligō ratio mutui fit. Sed arguis contra: Dū mutuatarius iustum pretium suarum operarum recepit, nulla ei videtur deberi restitutio. Respondet Io. And. vi. refert illic Adrian. quod debet fieri pauperibus. Nulla hoc tamen iher ratio, quoniam restitutio nō creditur ius pauperum, nisi vbi non potest

haberi creditoris copia, vel vbi condemnatur vt perdat, sicut in simonia. Sed illi est restituendum, quantum illa obligatio valet. Ex quo fit, quod si vt se colonis obliget, legat pretium aliquantulo staueretur, ei manus, aut vt veniat ad molendinū, aliquid remitteretur pretij mola, nulla esset vsura. Item, si etiam conductor obligaretur ipsum conducere, nam tunc quia obligatur vnus obligatur, & alter, & non ex vnica pmutatōne. Et hac de prima conditōne vsurā, quae est, vt quod recipitur estimabile sit pecunia. Secunda vero est, vt ratione mutui recipiatur. Quapropter si mutuatarius alias mihi debitor est: possum illū pacto ne mutui districtius deuinere, vt cum tantuata pecunia aliam etiam mihi debebitam soluat. Vt verbi gratia si ab' que arbuis decem illi mutuo dedi, quae id iudicio negare potest, possum ea lege decē insuper mutuarē, vt corā tabellario syngrapham omnium viginti mihi subscribas: nam licet illa obligatio estimabilis sit pecunia mihi tamen illam debebat. Et eadem ratione concluditur a rōne vsurā, si vel ratione licitae cessantis, vel donationis, vel alia via illud recipiam. In calce tamen huius articuli replicandum superest, in qua species sit mutui restituendum, vt iustitia circa vsuram obferuetur. Habet enim locū mutuatō in his, dumtaxat rebus (vt supra dictū est, & hic in mutuum. ff. de rebus cred. si certum peratur) quae vsu contumuntur. Mutuo ergo ubi modios frumenti decem, quo tempore tilius venditur, vtrum tpe redhibendi, quo forte carius erit, eandem mensuram mihi debeas quam tibi dedi, an idem tantū post quo aestimabarū dum tibi contuli? Et vice versa si pluri vendebatur dum tibi tradidi, vtrum postea eandem praesens mihi debeas mensura, an quo vēdidissem, pretium. Idem est de vino, oleo, melle, & simi. Tractat hoc Syluest. in verb. vsurā p. i. §. 18. & 17. & alij multi, quos re vera nō video sēpū punctim ferire. Responso ergo huius distinctionibus sit clara pmutatio, discernenda est mutuatō a venditōne. Etenim dum tu hyeni alii tpe decem modios frumentū credidisti videndū est, vtrum mihi eo pretio vendidisti quo tunc vendebatur, an vltro mutuasti. Si vendideris, non tibi frumentum, sed pretium debeo. Quapropter

Summa Angel. Adrian. Syluest.

Solutio Apofitiz dubitationis.

Corollarium.

Argu. Io. An. d. c.

si tunc singuli modij valebant ducatum, decem tibi ducatos debeo, quocumque precio post frumentum va neat. Et ideo si inter nos conventum fuit, ut idem precium frumenti rependerem, & postea valet modius non nisi dimidium ducatum, viginti tibi modios debeo. Res est clara. Si autem non sit nisi mutatio, tunc non pretium, sed decem tibi præcise modiorum debitor sum, quocumque venundetur postea nummo. Vt si mensis Ianuarij frumentum suscepi, soluendum sequentis anni eodem mensis, eosdem tibi decem modios eiusdem qualitatis remittam, ut scilicet granum eiusdem si bonitatis. Neque refert longene maioris annonæ va nebat, quâdo tu mihi dedisti, an multo minoris? Et idem est vini iudicium aque aliarum rerum usu consumptibilem. Etenim ratione mutui non tibi debeo precium, sed corpora in eadem spem & qualitate. Quâ ob rem si quando ego tibi soluo, non valet modius nisi dimidium ducatum, quinque ducatis tibi satisfactio, licet quando a te mutuatus sum, decem modij emerentur ducatis decem. At vero si tu mihi mensus es frumentum verustum, obligans me ut tibi remeas nouum, vâriata mutatio est. Nam petis frumentum melioris qualitatis quam mihi tradis neque refert vtrû nouum v. l. vas vendatur. Et ideo isti reconditores frumenti caritatem exoptantes, reuocatorum nomine infamantur. Mutuant enim frumentum sub arcidum ac corruptioni proximum ut reddatur eis nouum. Atque idem in oleo & vino & alijs cen seto, ut si subacidum vinum mutuas, ut dulcius tibi reddatur. Hæc doctrina, quia rationis germana civilis quoque iuris est, ut patet, ff. de rebus cred. si cert. peta. per totum præsertim l. vinum. Quæritur autem, quid si mutuo soluendo non sit designata certa dies, vtrum fas sit tunc mutuatori non repetere, quando det vilius vendari, sed oportere tempus, quo sit maximi precij, ut frumentum duplet aut triplicet? Respondetur ex natura rei nulla pro dios stitit effigiem. Eset tamen variæ iudicij eiusdem ius, quam charitatis. Disso non esse iniustitia, nisi mutuator operam daret, ne aliter antea solueret, tunc eam iniustitia de. Alioquin mutatio imputatur, si non tibi consulit soluendo, quâ-

do ex re sua fuerit. At vero dum pactum interuenit, ut solutio non fiat ante certum tempus, quando coniectura docent auctori precio æstimandum, vsuarios contractus est. Contra hanc autem sententiarum sumitur a monetarum æstimacione argumentum. Sequeretur inquam ex his, que dicta sunt, quod liceret mihi mutua re tibi ducatos centum quando minori argento vel ære æstimantur, & postea dum regis pragmatica aureorum valor augetur idẽ aurum pondus suscipere. Syluest. vtur. pri. §. 14. referi doctores iuris dicentes quod si verisimiliter dubiatur tempore solutionis posse valere minus plusve, tunc eadem antea moneta est restituenda. Sed re vera vel me vel istos fallacia ex cos. Inter stat. ni fallor, lanissima inter capedo inter valorem monete, & valorem aliarum rerum vsu consumptibilem. Nam dum precium verbi gratia frumenti, vel vini, vel olei augetur, res ipsa in se immutata manet. Et ideo eadem est restituenda mensura, quæ mutuo recepta fuit modo iam exposito. Quando vero monete valor augetur, ipsa in se natura monete quatenus moneta, hoc est rerum mensura est, augetur ac si augetur mensura frumenti, ut puta modius fieret maior. Et ideo si quando a me mutuatus es ducatum, non valebat nisi regalia vndecim, & post ad duodecim eius æstimatio aucta est non debes ducatum integrum, sed vndecim argentea regalia. Quemadmodum proliis si decem tibi vinas frumenti mutuarem, dum vnam duodecim tantum modiolus explebant, & postea per legem aucta est ut capiat modiolos tredecim, non debes mihi nisi vinas, quæ duodecim precise reddat. verum tamen quod de variatione valoris pecunie diuersis temporibus in eadem provincia dicimus, falleret quidem si pecunia traduceretur ab vna provincia, in aliam Ducatus, exempli gratia in Hispania, quæ aurum abundantior est, minori argento penditur, quam in Angliã vbi maior est argenti copia. Ob idque vndecim hic argentea regalia plus valent quam illic. De hoc ergo reponenda est disputatio vsque ad proximum librum, vbi de cambijs differendum nobis est.

Restat ergo ut ad argumenta respondeamus, quæ tantum nos duo proposuimus.

Primum.

Syluest. Discrimen inter pecunie & aliarum rerum valorem.

Solutio. Tẽperatio superioris auctoris.

Proponit.

Dubitatio.

Solutio.

Obiectio.

Responsio.

Primum enim S. Thom. de lucro cessante, statim artic. proximo enucleandum est. Secundum verum idem ferme, est quod procedenti artic. 5. loco fecerat, atque illic id eo solutum reliquimus. Est enim eiusmodi. Mutuarius tenetur ex honestate beneficium compensare, ergo potest ad illud beneficium ratione mutui civiliter obligari. Iam enim supra negata est consequentia. Nam iustitia legi illa repositio satisficit, qua tantum tibi redditur quantum mutuasti, alia autem honestatis, libera esse debet sicut tu libere mutuasti. Ad quartum ergo, quod nos primum fecimus, nempe an liceat ratione mutui obligare mutuarium ad iterum mutuandum, responderet Angel. assertorie Ratio sua est eadem quae paulo superius allata est, nempe quod in tali contractu nullum mutuatio datur damnum. At vero iam ibidem monstrauimus fallacem esse rationem. Nam licet beneficium mutuandi, officium sit liberalitatis, & misericordiae, tamen obligatio est aestimabilis pecunia. Ob idque perspete D. Thom. negat esse licitum. At vero utrum mutuae hoc pacto licet, ut in praesentia tu mihi aliam rem mutues, scilicet mutuo tibi frumentum, ut mutuas mihi vinum? Nam ex dictis S. Thom. apparet licentiam hanc colligi, ubi ait. licet simul mutuanti vnum aliquod aliud mutuum recipere, non aut licet eum obligare ad mutuum in posterum faciendum, cum tamen discrepantia deprehendi vix queat quod cum non te possim ligare ut eras mutues, possim te obligare ut statim mutues. Neque responsio solida est, si dicas mutuationem de praesenti non esse aestimabilem pecunia, nam etsi hoc verum sit, tamen obligatio est aestimabilis. Respondetur ergo quod neque S. Thom. dicit, quod potest intercedere obligatio in praesenti, ut scilicet petenti ex te mutuo, non aliter concedas, quam civiliter obligando ut statim mutuet. Sed supponit uti res habet quod mutuationes de praesenti gratuito fiunt. Ut, mutuata mihi, & ego tibi. Et ideo simpliciter ait quod licet mutuum recipere. Quae propter placet mihi appendix illa Caietani hoc loco, nempe quod liceat fideiussori pretium recipere, ut fideiubeat. quoniam illa obligatio qua se stringit tuo nomine soluere, aestimabilis est pecunia ac subin-

de vendibilis. Quod si contrarius infurgit fideiussor mutuet amico pecuniam, non possit pretium recipere, ergo neque inde quod pro eo fideiubeat. Negat tamen prior praemissa. Alia enim res est fideiubere pro te quam mutuae tibi. Ex quo rursus inferitur, quod possit quis ut se obligare paratum esse civibus mutuae quoniam egerent, stipedium Republicae suscipere, hoc enim non est pro mutuo, sed pro obligatione. Ac demum ex his colligitur, quod non mihi licet mutui te nodo colligare, ut pro me fideiubeas. Quintum D. Thom. argumentum materiam inducit contractus societatis, de qua, nos infra longam dissertationem sumus questionem. Ad sextum ergo, quod nos secundo loco posuimus de pignoris usufructu, respondetur planiter, quando pignus est fructuosum, computandi sunt eius fructus in sortem. Alias idem reciperentur in pretium mutui, unde vltima labes contraheretur. Cautio vtriusque iuris, ut extra de vsur. capit. 1. & 2. & C. de distr. pign. l. 1. Exurgit autem duplex difficultas ex eodem iure. Prima nascitur ex conquestus, eod. ubi postquam praecipitur ut fructus pignoris ducantur in sortem, additur. Nisi terram ipsa de feudo sit monasterij vestri, nempe quod si ecclesia fundos aliquos in feudum seu in emphyteusim alicui tradidit, & postea feudatarius eadem ecclesiae eisdem impignorat fundos ecclesia potest recipere fructus non computando in sortem mutuae pecuniae. Idem habetur extra de feu. cap. 1. & tamen esse appareret manifestaria vsura scelus. Sunt ergo qui non aliter hoc putant defendi posse, quam quod in utilitatem ecclesiae permissum est. Verum tamen solutio haec non satisficit. Nam ecclesiae mos, & consuetudo est potius non exigere vsuras, neque vnde licite possit, ut patet in capit. fraternitas. 1. 2. qu. 2. Et ideo alia nequit reddi ratio, quam quod haec est ratio feudorum conditio, ut quoniam adierint ad vnum dominum, redeant cum fructibus, sed tamen feudatarius absoluitur a solutione feudi ut eodem capit. 1. de feud. habetur. Verum est tamen aequitati apparere, consine, ut si feudatarius, quia meliorem reddidit fundum plures colligebat fructus qui soluebat ille excessus semper obueniret, quoniam.

Primū
argum.

Dubiū.

Solutio.
D. Tho.

Caieta.

ei quatinus eum impignorasset. Attamen quia exoneratur illo onere excellendi deino. p. fundum, & meliorem reddendi, etiam illo excesse priuatur. Grauius tamen oboritur dubium ex capit. salubriter de vsu. vbi habetur quod si focer tradidit genero pignus dotis fructuosum, iuste idem gener vsu fruatur pignore, dum sibi dos non soluitur, neque fructus illos cogitur ducere in sortem. Idem permittit ius civile. Pater, si de doli mali & met. except. Et quidem de conclusione nemo ambigit, sed tamen de ratione est dubium. Aiunt enim Panor. & ceteri super d. cap. salubriter rationem sumi ex sustentatione onerum matrimonij. Sed est Adria. in q. de vsura. cui causa hæc non probatur? Argumentum cuius est, quod in alijs quoque contractibus contingit, vt qui pignus recipit, teneatur aliqua onera sustinere, & tamen non ideo potest percipere fructus extra sortem, vt si vendas annuam pensionem pretio mille ducatorum, pro quo recipis pignus, tenens illa onere soluendi pensionem sustinere & nihilominus debes fructus pignoris in pretium numerare. Item qui stipendio regis viuunt, teneatur alere familiam, & tamen si pignus stipendij acciperet, teneatur fructus recipere in prenum, ergo ratio illa nulla est. Hinc ergo colligit Adrianus q. non potest gener recipere illos fructus extra sortem nisi ratione interesse puta lucri cessantis. Et miror ita alios esse hoc argumentum deuinctos, vt dicant causa esse Theologorum opinionem, cum tamen nullus preter Adrian. exiterit, qui hoc somniet. Enimvero quod propter onera matrimonij illic fructus percipiatur, non solum doctorum opinio est, sed expressa iuris sententia. Hanc enim rationem subdit præfatum edicens. Cum frequenter dotis fructus non sufficienter ad onera matrimonij supportanda. Atque idem colligitur ex allegata l. Pater. Quis ergo Theologorum id audeat negare? Præterea, causa illa lucri cessantis communis est in alijs etiam contractibus, & tamen leges aliquid peculiare tribuunt genero in fauorem matrimonij. Adde quod si illa esset tantum causa, locum non haberet nisi vbi gener esse mercator qui in negotiatione deberet, tractare pecuniam. Nam qui illam non habet negotiationi expositam, agere de

lucri cessante non potest, & tamen generis in vniuersum indultum est priuilegium hoc. Istæ rationes adeo mordent eoldem auctores, vt illic non persistant, sed dicant esse donationem focer. Hoc tamen responsum nullum habet fulcimentum, nã Papa cum interrogatus fuerit de iure, nihil respondit de donatione, sed quid ius ratioque iubeat. Igitur Adria. & qui eum sequuntur, ideo seducti sunt, quod nullatenus intellexerunt quidnam esset onera matrimonij sustinere. Haud enim hoc, vt ipsi putant, id simpliciter est, quod vxorem familiamque alere, vt in alijs oneribus vsui venit, sed est eandem alere, referuata semper dote. Tenetur enim semper maritus vxori de integra dote, & quia præter dotem debet illam alere, etiam si non sit negotiator, recipit iure fructus pignoris, dum soluatur, dos, quia præsumitur quod aliquid illa dote emeret, vnde illa salua, vxorium onus ferret. Et ideo lex illa, pater, docet quod quando pater alit filiam, non potest gener recipere fructus pignoris. Sed quid si gener libere concessit terminum solutionis focer? Respondeo, quod id concessit suscepto fructifero pignore censendus est intellexisse secundum ius, ideoque potest percipere fructus extra sortem, nisi contrarium libere expressisset. Nam cum possit quisque indotatam sibi deponere, potest & fructus remittere pignoris. Quod fit vt Almain 4. sent. dist. 15. q. 2. immerito remordeat Iurisconsultos, dicens, quod quando focer non est in mora soluendi non licet genero recipere fructus pignoris vltra sortem. Immo ipse non penitus radicem iuris penetravit, quod potest illos etiam tunc suscipere. Atque hinc plane, quod Panorm. eod. c. salubriter, scite, vt arbitror colligit, posse generum non solum fructuosum pignus, verum & certam pensionem quotannis recipere, dũ dos non soluitur. Illud enim non recipit ratione expectatæ solutionis, sed quia dote salua, tenetur familia providere. Neque argumentum quorundam contrarium tenentium vllius est momenti, si quod Papa non respondet nisi de fructibus pignoris. Nam ex eodem responso colligitur, quod potest alia via recipere vnde vxorium sumptus faciat. Syluest. autem moderatius sic sententiam, vt non possit, gener plures fructus

Deceptio Adria. & cõplicu Sententia auctoris

Scrupulus. Solutio

Almain

Panor.

Syluest. moderatio.

Aut

ctus suscipere pignoris quam quibus sufficiat onera supportare. Et arbitror conditionem non longe a veritate aberrare. Etenim quod alij dicunt, si tantum posse recipere, quantum lucri cessat, inde refellitur, quod (ut probatum est) non recipit ratione lucri cessantis. Atqui ex eadem radice soluitur alia quaestio si interrogas vtrum

Q^o altera.
R^o dubitandi

defuncto marito possit etiam vidua recipere fructus pignoris vel alia alimentia, seu a patre, qui nondum soluit dotem seu a mariti heredibus, si soluta fuerat. Apparet. inde non licere, quod dissoluto matrimonio vidua non sic perfecti matrimonij sumptus, ut debeat seruare dotem, & ideo potest mutuum suscipere ex illa postea soluedum. Nihilominus respondeatur, absque dubio, seu pater debeat, cui coniuges haeres, alteruter tenetur, vel dotem soluere, vel illam secundum suum statum & conditionem alere, quia tenetur maritus iure matrimonij eam alere, quouique suam ei integram soluat dotem, quae dent eius heredibus, quae maxime fieri potest referuati. Hoc tamen mihi dubium impresentiarum occurrit, ad rem minime impertinentes, vtrum possit quis filiam non aliter dotare, quam mutuando genero pecuniam, ita ut mutua ret quispiam decem millia ducatorum mercatori sub pacto, & obligatione, ut suam duceret filiam? Apparet enim hoc esse licitum. Primum, quia possit quisque (ut dicebamus) in dotatam ducere, ergo pro mutuo. Item, quia ducere uxorem, videtur esse opus amicitiae nam illam debet prudentissimus quisque sibi matrimonio adiungere, quam habet honeste charam, amicitiam autem pro mutuo poscere non est vitiosa, ut supra dictum est. Praeterea, si ille diligens esset & negotiationum peritus plus peteret decem millia mutuata, quam donata mille. Respondetur nihilominus non esse licitum. Nam dum mutui vinculo alium obligat uxorem ducere cum illa obligatio graui sit estimabilis pecunia, vnum mutuata pecuniae forum consideratum, rependis, in pretium illius obligationis, loco videlicet mille ducatorum, quos ille in dotem recipiet. Neque refert maioris vel minoris estimari mutuum, an minoris. Et ad illud respondetur, quod quamuis per amicitiam possit gratis uxorem ducere, tamen iam tunc non facit gratis, sed pro vsu

Dubiu.

R^o habitandi.

Respon-
sio.

Ad arg-
facta.

pecuniae pretio aestimato. Ex his fit condequens Reges autem magnates nullatenus posse vrbibus aut villis quas in pignus mutui suscipiunt, extra sortem vsu frui, neque vlla ratione possunt ab vsuraria iniuriate excusari. Remedium est tamen, ut non recipiant nisi emptas cum pacto retrouendendi, tunc non fructus ex portibus obueniunt. Hoc aut nihilominus subticendum non est, Impignoras verbi gratia, sterilem agrum, qui tibi neutiquam erat vsus, quia nec erat frugifer, neque vite cebat, neque illum colere cogitabas, alter autem, cui impignoralis, colit illum, ut olera inde saltem colligat, forte non est condemnandus, ut in sortem ducat, quoniam cum tu nullum parceris demeritum, non debet alterius indultum in sortem computari, veluti si de pignoris vsu pecuniae tuae lucretur, nihil tibi debet. Haec autem prudenter pensanda sunt. Nam si emolumentum esset alicuius momenti, puta quo ager, non quod putabatur sterile, sed domini in curia non colebatur, & postea cultus sit frugifer, arbitror fructus in sortis solutionem annumerandos.

ARTICVLVS III

Vtrum ratione damni emergentis aut lucri cessantis liceat mutuatori quidpiam ultra sortem recipere.

IN contractu mutuationis frequens habens ratio damni emergentis, & lucri cessantis, & ideo queritur, an horum ratione liceat mutuatori quidpiam supra sortem accipere? Et arguitur a parte negatiua. Si hoc esset licitum, sequeretur, quod nullum esset vsura vitium, eiusmodi lucri in pactum ducere, conueniens tamen est pactum saluum, quia cum mutuator opus sit charitable, gratis debet fieri, ideoque damnum a se sponte suam quis pecuniam mutuat, debet eam libenter gratis a lucro ducere. Alioquin non mutuet, postquam non cogitur. Secundo arguitur ex verbo S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. Id quod nondum quis habet, vendere non potest, mutuator non habet lucrum immo multis periculum est periculis, quibus impediri potest, ergo pro illo nihil certi valet in pactum ducere. Tertio. Si de lucro cessante possit mutuator suum cum mutuario conuenire praetentum.